

Hippocrates medicus



Zeno philosophus



Socrates philosophus



Isocrates orator grecus



Thucydides historicus



Hippocrates filius Eraclidis vt Galienus primo regis acutoruz (licet qui-
dam scribat asclepij) fili: et pitagore discipul: oim medicoru pnceps: in
insula Cboo genitus p hoc tps clarissimus habitus est. Hic medicinā lon-
go tempore pditam reuocauit in lucem. que quingētis annis post esculapij mortē
latuerat. Is voluptates omnes admodum detestabatur: discipulos suos vt diu-
Hieronimus scribit iuramento astringit vt silentium seruaret: vt mansuetudinē in
habitu moribusq; ostenderet: fuit (vt ferunt) corpe paruus pulcher forma: grandi
capitis. tardiq; motus multe cogitationis. tarte locutionis: et modici cibi. Vixit
autē annis nonagintaquinq;. Cuius hec fuit pulcherrima sentētia. Qui vult liber
esse: non cupiat quod habere non potest. Qui vult habere qd cupit: cupiat qd ha-
bere potest. Qui vult in hac vita pacifice viuere: similis fiat illi qui ad conuiuium
inuitatur. Qui de omni appposito gratias agit: et de defectu rerum nō murmurat.

Zeno philosophus actiensis ex cypro greca ciuitate fenicibus frequenter
accolis. fuitq; napsei (siue vt alij dicunt demetri) filius. Appolonius autem
Tyrius dixit eum gracili corpe fuisse: statu procero et atra cute. Unde illū
Chrysippus palmitē egyptium vocabat. Crura habuit turgida et imbecilla atq; in-
firma: ob quod teste pseo multas cenas declinauit. Vescebat libeter ficub⁹ recē-
tibus et ad solē passis: auditor fuit cratis. Stulphonē etiam et xenocratē decennio
audiuit: fuitq; vna cum Lytheo philosopho stoyce secte auctor: quoru sentētia fu-
it. Id summū bonum qd honestum est. Nihil deest ad recte viuendū ei in quo vir-
tus est. Tanto in honore apud atheniēses habitus est: vt apud eum clauēs vrbis
deponeretur. Ornaueruntq; ipm aurea corona et imagine erea: hoc ipm et sui ciues fe-
cere. Habuit auditores eximios: inter quos antigonus cum ibat athenas ei⁹ erat
auditor: cui et aliquando epistolam scripsit. Hic adolescētulo cuidam inepta mul-
ta loquēti ait. Ideo duas habemus aures: os autē vnum: vt scilicet multa audia-
mus: et pauca loquamur. Nonagesimo etatis sue anno decessit incolumis integer
ac sine morbo.

Socrates atheniēsis philosophus clarissimus ex pago alopecēsi fili⁹ sophro-
nisci marmorarij: et phanerete obstetricis filius. fuitq; vt quidam ferunt
Anaxagore primum auditor: postea Archelai cui in scola successit magis-
terq; Platonis et primus ethice inuentor: his tempibus floruit: philosophiam em
vt Letero scribit euocauit e celo et in vrbi⁹ collocauit: demoscq; introduxit. et coe-
git de vita et moribus rebusq; bonis et malis q̄rere. Quā obre vt scribit Solin⁹
non solum consensu hominum verū etiam appollinis oraculo fuit sapiētissimus
iudicatus. fuitq; orator p̄mptus et acer: et primus teste fauorino cum Eschino di-
scipulo oratorie artis campos apuit. Qui ad acquirendam sapiētiam vsq; ad sene-
cutē vltimas terre regiones plustrauit: licet sapiētissimus esset: se tamē nihil sci-
re reputauit. Unde sepe illud dicebat vt hieronim⁹ ad paulinū ait. Hoc vnū scio
qd nescio. fuit insup socrates mirabilis castitate. iusticia: alijsq; virtutibus: in cui-
us quidem sigillo (vt dicitur) sic scriptum erat. Amic⁹ hominis est sapiētia eius
Inimicus vero hominis est stulticia eius: huius quippe multe fuere sentētie. qua-
rum hec p̄ciosissima cēsetur. Age sic alienum vt tuum non obliuiscaris negotiuz
et qualis vis videri talis esto: Demum accusatus qd derideret quercum: canes et
hyrcos esse deos: quos atheniēses colebant. Tandē veneni poculo defunct⁹ est
Post mortē eius atheniēses penitētia ducti: imaginem auream pro eius memo-
ria in templo collocarunt.

Isocrates natione grecus orator clarissimus: Borgie auditor multoz phoz p̄
ceptor eximi⁹: vt Macrobi⁹ attestat. Hic teste quintiliano in diuerso dicēdi
genere nitid⁹ fuit et compr⁹: et palestre magis q; pugne accomodat⁹. oēs dicēdi vene-
res lectat⁹: inuētione facilis et honesti studiosus. Ac in cōpositione adeo diligēs vt
cura ei⁹ reprehēdat. Hui⁹ oratiōes et opa extant ac aliqua traducta sunt: que maria
voluptate legunt. Edidit quoq; libellū exhortatoriū in quo hec ponit sentētia. Ta-
lis fias parētib⁹: quales erga te natos fieri poptas. Serua magis verborum q; re-
rum deposita. Vixit annis. 94.

Thucydides grecus historicus et quidē grauissim⁹ hoc etiam tpe teste Eusebio
agnoscit. Et teste quintiliano: est densus et breuis ac semp sibi instans: quem
Thucydidem laurentius vallis postea et herodotum latine loqui docuit. quoz
opera nūc in precio habentur.

